Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

// locis

De apparentium enthimematum // Capitulum 28

Verum quoniam possibile est aliud esse sillogismum: aliud
non esse sed uideri: necesse est ut enthimema quoque
aliud enthimema sit: aliud non sit sed uideatur. Si quidem
enthimema sillogismus quidam est. Loci autem enthimema-
tum que non sunt sed uidentur: hii sunt. Primus penes di-
ctionem. et huius quidem una pars: ut et in dyaleticis est
1 cum non rationatus conclusionem tandem infert. Non est
hoc et hoc. Est ergo hoc necesse hoc atque hoc esse. Nam
quod in enthimematibus conuolutim atque per opposita dictum
est: id enthimema uidetur. Dictio enim huiusmodi capax
enthimematibus est: uidetur quod id esse penes figuram dictionis
Est autem utile ad dicendum per dictionem sillogistice multo-
rum sillogismorum capita dicere. Hoc pacto. qui illos seruauit
qui nostros ultus est: qui grecos liberauit. quorum unum quodque
ex aliis demonstratum est. sed simul collecta aliquid facere uidetur
Altera uero penes equiuocationem. ut si mus laudandus
diceretur: quoniam misteria inde dicantur: que sacrorum
omnium maxime sunt ueneranda. uel inmum optimum esse:
Unde initiati appellantur. aut si quis cum canem laudet
et de celesti simul dicat. aut de pane quoniam pindarus ait.
O felix quem magnum dei canem atque uarium celestes appe-
llant. aut sic si nullum esse canem de decori est: canem
esse decori est. Et si dicas mercurium omnium deorum esse libali-
ssimum: cum solus communis mercurius uocitetur. Et si existim-
atione optimum esse dicas: qui uiri probi non pecunia digni
sed existimatione digni sunt. Nam existimatione dignum
non dicitur simpliciter dicitur. Aliud si que seiuncta sunt
ii coniunctim: aut que iuncta coniuncta: seiunctim dicis. Nam
cum idem esse uidetur: cum sepe idem non sit. utrum utilius id
faciendum. Est autem hec euthidemi preceptio. ut scire quia
triremis in pyreo sit. quilibet enim id nouit. et quod qui elementa
scit: carmen quoque sciat. idem enim est. et quoniam si